



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

In Bernardum Fulgosium, Medicum & Poëtam malum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

I N

BERNARDUM FULGOSIUM,

Medicum & Poëtam malum.

CUm tua, Fulgosi, tellus errata medentis
 Celet, & aggestâ funera condat humo;
 Quæ nunc tanta animum cepit dementia, luci
 Ut mala committi carmina discupas?

F A B I I C H I S I I

S. R. E. Cardinalis, auspiciatissimus Natalis Hendecasyllabis jam olim celebratus, antequam Pontifex Maximus renuntiaretur.

Ingens gloria purpuræ Latinæ,
 Phœbi delictum, medulla Suadæ,
 Sacrorum Cynosura certa Vatum,
 Paullum, magne FABI, graves labores
 Alti pectoris, arduæque Romæ
 Fultum consiliis remitte pondus,
 Et nostris solito favore Musis
 Aspira facilem secundus auram,
 Dum natalitias sacrare cantu
 Idus, Hendecasyllabi laborant.
 Quos duros licet, ac parum politos
 Lævi pumice, Dædalâque limâ,
 Ut blando tamen in sinu receptos
 Illâ fronte legas, precamur, illâ,
 Quâ Septem juga, Purpuramque Romæ;